permutationibus que in rerum huiusmodi alienationibus requiruntur alioquin sententiam ipso facto decernimus incurrere et manere. Et episcopos qui hoc fecerint ab ingressu ecclesie suspendendos. Alios vero prelatos ab officio et beneficio personas vero alias excommunicationis sententiis ipso facto decernimus innodatos etc.

Insuper prohibemus districte ne aliquis prelatus cuiquam amica persone de rebus ecclesie constituat seu daturum donec providebat sibi de beneficio competenti. Alioquin sententiam ipso decernimus non tenere et promissorem ac promissarium ab officio et beneficio suspendendum etc.

## De emptione et venditione

Nullus etiam predicta aliquid scienter emere vel tenere presumat alioquin nisi ipsam statim restituat excommunicationis sententia percellatur etc.

Demum quoque dubitationes sive questiones in materia amputanda statuimus ut si quis predium suum cui ius attinet prenatus cuique obligaverit indistincte ius percipiendi apud ipsum obligantem resideat cum ille ius estimandum non possit et ergo in sorte negat computandum cum fructus rei pignorate in sorte debeant computari iuxta canonicas et legitimas sanctiones etc.

## De testamentis et ultimis voluntatibus dominus Sifridus

Clerici de proventibus suis gratie vel alias de rebus ecclesie acquisitis concubine sue vel filiis ex fornicatione genitis quicquam penitus non relinquant. Et si fecerint legatum non teneat et quod tale est relicte ecclesie applicetur etc.

## Idem ex eodem

Ad abolendum de domo domini consuetudinem vel potius corruptelam seu temeritatem quod clerici qui speculum pudicitie debent esse laicis quibus sunt propositi in exemplum in agone suo finali fructus prebendarum suarum concubinis vel spuriis suis legant cum in ultima voluntate vigor ecclesiasticus debeat exerceri. Quare sub anathematis vinculo prohibemus ne de cetero clerici gratie anni abutentes cum de rebus ecclesie nullum possit condere testamentum fructus etiam beneficiorum ecclesiasticorum spuriis vel eorum concubinis dimittat. Qui vero contra hanc inhibitionem venire presumpserit in signum sue perditionis ecclesiastica careat sepultura. Et quibus tales fructus legantur eis careant ipso iure. Qui autem testamentum tale post mortem defuncti manumittere voluerit et per quorum manus illius fructus prebende fuerint inscripti exequentur et ecclesia ipsa supposita sit interdicto etc.

## Idem in eodem

Item legata sine dispositione morientium ordinentur collectoribus ad hoc duobus de ecclesia deputatis si in vita sua manufideles non elegerat super eis etc.

## Idem dominus Gerhardus

Sunt nonnulli qui anno gratie qui pro relevatione debitorum in fructibus

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs174/0024
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg